



**Ioannis Tollenarii Brvgensis e Soc. Iesv Specvlvm
Vanitatis Sive Ecclesiastes Solvta Ligataq. Oratione
Dilvcidatvs**

Tollenauer, Jean de

Antverpiæ, 1635

Ecclesiastes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68633)

Quis in illâ ciuitate , tot frugalitatis exemplis nobilitatâ, tam perficitæ frontis imueniri potuisse, qui mensæ suæ inferre auderet remoti littoris piscem , peregrini aëris volucrem, alieni temporis florem ? Enim uero vel ad famam erubuissent delicatulorum istorum , qui posterioribus sæculis parum laute se pransos existimarent, nisi luxuria vertisset annum, nisi hybernæ poculis rosæ innataissent, nisi æstiuâ in gemmis glacie Falerna fregissent. A quorum marcido ac pingui otio , nec minus infami quam sumptuosâ temulentia , quid tandem expectandum sit Reipublicæ, ipsius Ecclesiastæ potius quam verbis meis penditote.

SECTIO DECIMA. ECCLESIASTES.

VERS. 18. In pigritiis humiliabitur contignatio,
& in infirmitate manuæ perstallabit domus.

METRICA PARAPHRASIS.

VIDES ut illa Regis penatibus
Quondam inuidenda culmina
Rimis satiscant hinc & hinc patentibus,
Tignisque nutent pendulis?
Dominoque pulso triste contubernium
Ventis parent & imbris?
Stabulisque nulli mugientes hospites,
Caulisve balantum greges?
Quin mixta auenæ vilis vrtica obsidet
Opima fundi iugera,
Densique pratis cardui lympham bibunt
Interfluentis riuali.

Qut